



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

De Christinae ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

APOLLONII FLORENTIS. 29

*Ah caue, dum violasq̄, rosasq̄, & candida pingit
Lilia docta manus, tristes sub pectore dumos,
Atque venenatis radicibus inserat herbas
Actus amor furij, nimumq̄, effrena cupido,
Pullulet unde tibi scelerum densissima silua,
Pœnarumq̄, grauis nullo non tempore messis.*

D E

C H R I S T I N Æ

Suecorum, Gothorum, Vandalorum
Reginæ aduentu in Urbem,
Ianuario ineunte.

M. **A**ccessu, REGINA, tuo noua frigora in Urbem
Cur tulit, & gelidos ventus ab axe dies?
Insolitum frangi regali virgine non est,
Et rigidum Boreæ pectus amore capi.
Nunc Dominam ille suam sequitur terraq̄, mariq̄,
Et fugit in patrijs scepra aliena plagis.
Quodque videt tenero doctas sub pectore Athenas,
Extuderunt Gratium quidquid & ingenia,
Hoc capitur magis, & veteres reminiscitur ignes,
Te quoque Cecropium dum putat esse genus.

D E

Ab